

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Homiliarium Pauli Diaconi - Cod. Aug. perg. 19

Paulus <Diaconus>

[S.l.], [9. Jh.]

Venerabilis Beda presbiter: Homilie zu der Evangelienlesung

[urn:nbn:de:bsz:31-6704](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-6704)

& linguosam conferri potest.

Nam & leo & draco in malo inferi
ores sunt. Testificatur huic
sermoni meo sapientissimus salo
mon dicens. Cohabitari leo
ni & draconum melius est. quam
mulier & male & linguose.

Et ne putet sapientem uirum in
ronia hoc dixisse. ex ipsiis rebus
disce manifestius. Danhelem
leones in lacu reuertisunt. iustum
uero illum nabuthae. ze zabel
interfecit. Caetus ionam
in uentre custodiunt. dalila au
tem samson circum uenit inle
cebris. raso etiam capite. de
formatum alienigenis tradidit.

Oracones & aspides & cornutae.
iohannem baptistam in deserto
uiuentem subdita feritate tre
muerunt. herodias uero eidem
caput abscedit. & tanti uiri mor
tem in pretium sal tationis
accepit.

INCIPIT EUANGELIUM SECUNDUM MATHIUM.

In illo tempore. Auduit herodes
tetrarcha famam ihu. & ait pu
eris suis. Hic est iohannes
baptista. & ipse surrexit a mor
tuis. & cetera.

**OMNIA VENERABILIS
BEDAE PRESBITERI
DE IADIM LECTIO.**

NATALEM FR̄S
K̄m̄i. beati iohannis
diem caelebrantes.
oportet ut non solum.

constantiam passionis illius pia
deuotione recolamus. sed & eoru
a quibus passus est malitiam.
nobis in arma uertamus scilicet.

Tunc & enim scripturis scis utili
ter animum intendimus. cum
non solas in eis uirtutes ac pre
mia iustorum. uerum & iam
uitia uindictamque reprobatorum.
ad incitamenta nobis bene agen
di proponimus. Hoc siquidem
& ipsius dñi docemur exemplo.
qui ut humane superbiae
ceruicem frangat. ac sublime
nobis humilitatis iugum impo
nat. non suae tantum humili
tatis formam quam sequamur.
insinuat dicens. Discite a me
quia mitis sum & humilis corde.
sed etiam angelicae superbiae
deiectionem quam caueamus
ad memoriam nobis reuocat
dicens. Videbam satanam
quasi fulgor cadentem de caelo.
Quatenus non solo nos suae diui
nae bonitatis sed & demonicae
prauitatis exemplo. ad obser
uantiam summe uirtutis accen
dat. Auduit igitur herodes
tetrarcha famam ihu. & ait

pueris suis. Hic est iohannes
baptista. ipse surrexit a mortuis.
& ideo uirtutes operantur in eo.

quidem

Qui bene intellexit mortuum
posse hominem resuscitari adui-
tam. bene de resurrectionis
gloria sensit. qui iustos post re-
surrectionem maioris poten-
tiae quam mortalitatis fragilitas
capit futuros esse perspexit.

Sed misere desipuit. qui quod de
homine puro sponte credere
potuit. hoc de deo homine. crede-
re. tot miraculis attestantibus.
tantis praedicatorum praeco-
nis consonantibus nulla ratione
consensit. Quare hoc fratres
carissimi. nisi ut nos aperte in-
tellegamus. non incredibile re-
surrectionis miraculum. sed
prauorum animos a credendi
gratia peccatis obstantibus
esse praepeditos. maioresque
illi gratias referamus. qui nos
tris cordibus ablato erroris
uelamine. lucem ueritatis ape-
rire dignatus est. Herodes
enim tenuit iohannem. & alligauit
eum. & posuit in carcerem.
propter herodiadem
uxorem fratris sui. Dicebat
enim illi iohannes. Non licet
tibi habere eam. Impletum
uidemus in iohanne. quod de illo

angelus zachariae priusquam nas-
ceretur praedixit. quia praecede-
re ante dñm. in spū & uirtute heliae.

Ambo namque continenter uiuen-
tes. ambo habitu inculti. ambo
insolitudine degentes. ambo praeco-
nes ueritatis. ambo regis &
reginae persecutionem propter
iustitiam perpessisunt.

Ille achab & ie zabel. iste hero-
dis & herodiadis. Ille ne ab impio
occideretur. igneo curru. est
raptus in caelum. iste ne ab impio
uinceretur. perfecto martiru-
certamine. spū caelestia regna
petiuit. Angelorum utique
subuectus. auxilio. de quibus scrip-
tum est. Currus dī decem
milia. multiplex milia laetan-
tium. dñs in illis. Et iterum.

Qui fecit angelos suos spūs. & minis-
tros suos ignem urentem.

Sed quaerit forte aliquis. quis sit
iste herodes. qui uel frater eius.
quae etiam herodias. de quibus
sermo est. Herodes iste qui &
iohannem decollauit. & in passio-
ne redemptoris nostri pilato
ad sensum praebuit. filius est
herodis illius. sub quo dñs natus est.

Qui cum post natiuitatem domi-
nicam pauco tempore regnasset.
sicut euangelica testatur histo-
ria. arche laus ei filius successit

in regnum. Quocumque decem
annis potiretur. accusantibus in-
solentiam eius iudeis. pulsus est
regno ab augusto. ac perpetuo
damnatus exilio. Deinde au-
gustus ut regni iudaici minueret
potentiam. diuisa in quatuor
partes prouincia. quatuor fra-
tres archaelai. eidem regende
prae fecit. Qui singuli a princi-
patu quartae partis. greco ser-
mone sunt tetrarchae uocati.
E quibus filippus. herodiadem fi-
liam aretae. regis. arabum. ac-
cepit uxorem. Quam idem
aretas post modum ablatam
ab eo dedit herodi. eo quod ipse
maioris esset potestatis & famae.
Factumque est adulterium publi-
cum. sicut perfidis causa pereun-
di. ita fidelissimo praconi nostrae
redemptionis materia triumphan-
di. Qui prohibendo regis iniusta
scelera. morte quidem iniusta
miserit plecti. sed ^{post} mortis gustum.
a rege iustitiae cui testimonium
perhibebat. iustitiam uitae per-
ennis coronam accepit.
Dicebat ergo illi iohannes. non licet
tibi habere eam. Et uolens
inquit illum occidere. timuit
populum. quia sicut prophetam
eum habebant. Non populus
tantum. sed ipse etiam herodes

12
iohannem sicut prophetam ha-
bebat. teste euangelista marco
quid dicit. Herodes enim metu-
ebat iohannem. sciens eum iustum
& scilicet. & custodiebat eum.
Et audito eo multa faciebat. & li-
benter eum audiebat. Seclucit
amor mulieris. eumque in illum
quem scilicet esse nouerat & iustum.
manus mittere coegit.
Qui quo noluit cohibere luxori-
am. ad homicidii reatum prolap-
sus est. Minusque illi peccatum
maioris erat causa peccati.
Cui districto di iudicio contigit.
ut propter appetitum adulte-
rae. quam de testandam sciebat.
sanguinem funderet prophetae.
quem deo acceptum esse cognoue-
rat. Haec namque est illa
diuini dispensatio examinis. de
qua dicitur. Qui nocet. noce-
at adhuc. Et qui in sordibus
est. sordescat adhuc. At con-
tra quod sequitur. & scilicet scilicet
adhuc. ad beati iohannis per-
sonam conuenienter aptatur.
qui scilicet existens scilicet
adhuc. dum per officium euan-
gelizandi. ad martiri per aliam
peruenit. Die autem natalis
herodis. saltauit filia herodiadis.
in medio. & placuit herodi.
Unde cum iuramento pollicitus est.

ei dare. quodcumque postulasset
ab eo. Tria pariter impiorum
scelera audiuius. Celebrati
onem natalis infaustam. salta
tionem puellae lasciuam. iura
mentum regis temerarium.

Quibus singulis oportet nos neta
lia geramus instrui. Non enim
festis diem nostri natalis inme
moriā reuocare. nonnullum
tempus inlecebris indulgere
carnalibus. sed diem potius
exitus nostri debemus lacrimis
precibus accrebris praecuenire
ieiunius. Hinc & enim uir sa
piens ammonet dicens. In om
nibus operibus tuis memorare
nouissima tua. & in aeternum
non peccabis. Sed nec mem
bra nostra quae iam dño con
secrata sunt. lusu atque inep
tis dare motibus decet. Dicit
namque apostolus. Nescitis
quō corpora uestra membra
xpi sunt. tollens ergo membra
xpi. faciam membra meretri
cis. absit. Vnde & alibi.

Obsecro per misericordiam di
ut exhibeamus corpora nostra
hostiam uiuentem. scem. dō
placentem. Quantum uero
temeritatem iurandi uitare
debeamus. & ipse in euangelio
dñs. & iacobus in epistola sua

docet dicens. Ante omnia
autem fratres mei. nolite iurare.
neque per caelum. neque per
terram. neque aliud quodcum
que iuramentum. Sit autem
sermo uester est est. non non.
ut non sub iudicio decidatis.

In illo uidelicet iudicio. sub quo deci
dit herodes. ut uel per iurare.
uel obper iurium cauendum.
aliud necesse haberet patiare
flagitium. At si aliquid forte
nos incautus iurasse contigerit.
quod obseruatum scilicet peiorem
uergat in exitum. libere illud
consilio salubriore mutandum
nouerimus. ac magis instante
necessitate peierandum nobis.
quam prouitando peurio in aliud
crimen grauius esse diuertē
dum. Denique iurauit dauid
per dñm. occidere nabal uirum
stultum & impium. atque om
nia quae ad illum pertinerent
demoliri. sed ad primam inter
cessionem abigail feminae pru
dentis. mox remisit minas.
reuocauit ensē in uaginam.

Neque aliquid culpaē. setali peu
rio contraxisse doluit. Iura
uit herodes dare saltatrici quod
cumque postulasset ab eo. & ne
peiurus diceretur a conuiuiis.
ipsum conuiuium sanguine polluit.

dum prophetae mortem sal-
tationis praemium fecit . . .

Non solum iniurando . sed & omni
quod agimus . haec est moderatio
sollertius obseruanda : ut si talem
forte lapsum uersuti hostis incide-
rimus insidus . ex quo sine aliquo
peccati contagio surgere non
possimus . illum potius euadendi
aditum petamus . in quo minus
periculi nos perpeffuros esse cer-
nimus . Iuxta exemplum eo-
rum qui hostilibus clausi muris .
dum euadere desiderant . sed por-
tarum omnium accessum sibi
inter dictum considerant . ibi ne-
cesse est desiliendi locum eligant .
ubi muro existente breuiore .
minimum periculi cadentes in-
currant . . . Sequitur . . . At illa
praemonitio matris sua . damibi in-
quit hic indisco caput iohannis
baptistae . . . Et contristatus est
rex . . . Tristitia regis . non ablu-
tio est sed confessio sceleris . . .

Haec & enim est superna iustitia
iudicii . ut plerumque reprobi
& agnoscant . se & fateantur er-
rasse . certamque erroris sui
paenitentiam gerant . nec tamen
aberrando quiescant . . .

Quatenus eadem confessione ac
paenitentia contra se ipsi testi-
monium dent . quia non nesci-

delinquant . dum a peccato quod
culpant . cohibere detrectant . . .

Eoque iustius pereant . quo foue-
am perditionis quam preuide-
re ualuerunt . declinare neglex-
erant . . . Talis quippe est tri-
stitia herodis . qualis peniten-
tia pharaonis & iudae . . . Quo-
rum quisque facinora sua post
quam accusante conscientia in-
uitus prodidit . uecors augmen-
tauit . . . Itaque herodes caput
iohannis petitus . tristitiam qui-
dem pretendebat in uultu . quae
ipse damnare & ostendendo
cunctis liquido quia in fontem
nouerat & sem . quem erat neci-
daturus . . . Verum si diligentius
cor nefandum inspicimus . laeta-
batur occulte . quod ea petebatur .
quae & antea facere si excusabi-
liter possit disponebat . . . Quis
caput herodiadis peteretur .
nulli dubium quin illud dare
ueraciter tristis abnueret . . .

Propter iuramentum autem
& eos qui pariter recumbebant
iussit dari . . . Misit que & de-
collauit iohannem in carcere
& allatum est caput eius indisco . . .

Indignum quidem natali suo rex
spectaculum praebuit . qui
conuocatis ad epulas . princi-
pibus tribunis . ac ducibus gentis

pectandum in disco caput occi-
si protulit. Indigni equae
conuiuiae. an potius inuitatori
suo condigni. equibus nullus
inuentus est. qui hominem in
ter festa discumbentium puniri.
qui ab adulteris iustum. qui iudi-
cem a reis. capite plecti uetaret.
Praesertim cum rex ad sumpta
speci e mestitiae. coactum se
hoc facere protestaretur.
Essetque opportunum quod ortatu
conuiuantium. a promisso scelere
reuocari deberet. si non illum haec
de industria praestruisse cognos-
cerent. immo ipsos quoque par-
eiusdem sceleris amor inretiret.
Sed dignam super his aspectibus
uirtutem sui certaminis. beatus
praecursor dominicae natu-
ritatis praedicationis & mortis osten-
dit. qui ut scriptura ait. & sic
hominibus tormenta passus est.
spes illius immortalitate plena
est. Cuius diem natalis
merito festa caelebritate repe-
timus. quem ipse propria pas-
sione nobis sollempnem reddidit.
quem roseo sanguinis sui fulgore
decorauit. Merito memori-
am illius cum spiritali gaudio
ueneramus. qui testimonium
quod dno perhibuit. martiru
signaculo conclusit. Neque

enim dubitandum est. quia bea-
tus iohannes pro redemptoris
nostri quem praecurrebat testi-
monio. carcerem & uincula susti-
nuit. pro ipso & animam posuit.
cui non est dictum a persecutore
ut xpm negaret. sed ut ueritatem
reticeret. Et tamen pro xpo
occubuit. quia enim xps ipse ait.
Ego sum ueritas. ideo utique pro
xpo. quia pro ueritate sanguinem
fudit. Et cui nascituro. prae-
dicaturo. baptizaturo. prius nas-
cendo. praedicando. ac baptizan-
do testimonium perhibebat.
hunc etiam passurum prior ipse
patiendone signauit. Quorum
tamen passionem diuerso ordine
consummari. certa super nae
prouisionis dispensatione gestum
est. Ut uidelicet redemptor
noster extra portam ciuitatis.
cuncto adsistente populo. suble-
uaretur in crucem. praecursor
uero eius collectis in domum
conuiuii magistratibus atque
optimatibus plebis. misso tan-
tum spiculatore. in abdito car-
ceris capite truncaretur.
Et quidem congruum uidebatur
ut misterium dominicae crucis.
et ^{et decollatus} cruci fixus praefigurat & iohan-
nes. Sed quia idem iohannes
testimonium dno perhibens aebat.

illum oportet crescere me
autem minui. hoc est. illum
quem prophetam esse magnū
miramini. xpm dnm ac dnm
uerum oportet intellegi.

Me autem quem xpm esse arbi
tramini. non xpm. sed esse pro
phetam xpi patebit. Dispa
rem utriusque qualitatem.
dispar. modus passionis insinuat.

Non in carnificum potestate con
stitus. sed celesti ratione pro
uisus. Quia enim iterum
dicit idem iohannes. qui est
de terra de terra est. & de ter
ra loquitur. qui autem de caelo
uenit. supra omnes est. prae
fatam minorationem eius qui
de terra est. decollatio illa in
carcere. & in obscuro patrata
capitis ablatio designat.

Porro clementum eius quide caelo
uenit. & supra omnes est. illa
in cruce exaltatio que sub diuo
& omni spectante populo fac
ta est. aperte denuntiat.

Exaltatus quippe in cruce caput
erectum ad caelos tenuit. ma
nus supra terras ad aquilonem
te tendit. & austrum. ut & caeli
se esse dnm. & uniuersam ter
ram. omnesque potestates
aeris suae ditioni subditas.
ipso etiam corporis situ figurat.

In fima crucis ipsius terrae
abdita pene trabant. ut infe
rorum regnum. passione illius
trans fixum. ac destructum
esse signaretur. Regem
hunc esse credentium. scripto
in cruce titulo adstantes he
braei greci & romani legebant.
ut uidelicet eius imperium ap
pareret. per omnes gentes esse
dilatandum. Quae aposto
lus cuncta breuiter una sen
tentia complectitur dicens.
Factus est oboediens usque ad
mortem. mortem autem cru
cis. Propter quod & dñs
illum exaltauit. & donauit
illi nomen. quod est super om
ne nomen. Ut in nomine
ihū. omne genu flectatur.
caelestium. terrestrium. &
infernorum. Et omnis lin
gua confiteatur. quia dñs
ih̄s xps. in gloria est dñi patris.
Decollato autem iohanne. &
allato capite eius in disco.
Sequitur. Et datum est pu
elle. & detulit matri suae.
Et accedentes discipuli eius
tulerunt corpus. & sepelie
runt illud. Et hoc ad mi
norationem praecursoris
dñi pertinet. quod corpus
eius sepulturae absque capite

datur. Namque ut in ecclesiasticis inuenimus historis. corpus eius in ciuitate samaria quae nunc sebastea uocatur. caput autem in hierosolymis humatum est. Decollatus uero est in castello quodam arabiae. quod macherunta nominant. In quibus uidelicet historis hoc quoque reperimus. quod caput eius sanctissimum. longo post decollationem tempore. ab ipso reuelatum sit duobus monachis orientalibus. quorum gratia uenerant hierosolimam. atque inde in medissam feniceae ciuitatem perlatum. debito fidelium sit honore frequentatum. At uero ossa eius tempore procedente. de samaria hierosolimam translata. ac mox alexandriam missa. nunc ibidem in ecclesia quae nominis ipsius est honore consecrata seruantur. Quod diuina prouidentia constat actum. ut scilicet per plura loca deportatis beati martiris reliquiis. plura uirtutum signa fierent. pluresque per memoriam doctrinae & uite illius. ad fidem ac dilectionem eius quem praedicabat conflu-

erent. Inter haec sane considerandum est. & ad tentius memoriae commendandum. quomodo omnipotens deus electos dilectosque suos stimulos. quos ad uitam regnumque praedestinauit aeternum. in hac uita prauorum patitur persecutione conterri. tot ac tantis poenarum mortuumque generibus consumi. quatenus per spectis perfectorum uirorum passionibus. minus de his quaenobis forte aduersa contigerint doleamus. Ac potius discamus omne gaudium existimare. cum in temptatio- nes uarias inciderimus. Memoria retinentes. quia quem diligit deus castigat. flagellat autem omnem filium quem recipit. Nam & si principalis sententia constat. quia in multis offendimus omnes. quis tamen nostrum dicere audeat. beatum iohannem. in actu. uel dicto. uel habitu. uel uirtu. peccasse. cuius austeritatem indumenti. cuius parsimoniam alimenti. euangelica laudat historia. Cuius omne quod loquitur. aut ueritati testimonium reddit. aut eos qui contra dicunt redarguit.

Cuius opera iustitiae. etiam
qui non amabant. uenerationi
habebant. 7. Quis in eius prae
cordis peccato poterat esse
locus. quae & ante natiuitatem.
sp̄s sc̄i consecrauit aduentus.

Quando saltim humane conuer
sationis intuitu. ualuit uirtu
tis uia uel admodicum deflecti.
qui totam ab ineunte pueri
tia uitam solitariis peregit.

Et tamen talis aetatis uir.
praesentis uitae terminum.
post longam uinculorum afflic
tionem. sanguinis effusione
suscepit. Ille quilibet tatem
superne pacis euangelizabat.
ab impijs in uincla conicitur.

Claudatur obscuritate carceris.
qui uenit testimonium perhi
bere de lumine. Quique
ab ipsa luce quae xp̄s est. lucer
na ardens & lucens appella
ri meruit. quo innatis mul
ierum maior nemo est. ad pe
titionem mulierum turpissi
marum capite plectitur.

Et ipse proprio cruore bap
tizatur. cui redemptorem mun
di baptizare. cui uocem pa
tris super illum audire. cui
sp̄s sc̄i gratiam in eum descen
dentis uidere donatum est.

Sed non erat graue. immo leue

ac desiderabile erat talibus
tormenta proueritate tempo
ralia perpeti. quae perpetuis
nouerant remuneranda gaudijs.

Optabilem habebat mortem.
quaenaturae necessitate ine
uitabilis imminebat. confesso
xp̄i nomine. cum palma uitae
perennis excipere. 7. Vnde be
ne dicit apostolus. quia uobis
donatum est. a xp̄o. non solum
ut in eum credatis. sed etiam
ut pro illo patiamini.

Qui ideo donum esse dicit xp̄i.
ut pro illo patiantur electi.

Quia sicut item dicit. non sunt
condignae passionis huius
temporis. ad super uenturam
gloriam quae reuelabitur
in nobis. 7. Cum ergo tam
eximios regni caelestis here
des. tanta in huius exilio mor
talitatis pati uiderimus. quid
nobis inter haec fratres caris
simi restat agendum. nisi ut
tanto magis humiliemur
in conspectu pii conditoris
& redemptoris nostri. quan
to nos patenter animaduert
timus. eos nec uitae imitatio
ne sequi posse nec mortis.

Itaque iuxta uocem primi
pastoris. humiliemur sub
potenti manudi. ut nos exaltet

intempore uisitacionis .

Humiliemur cum iohanne .
ie iunemus & obsecrationes
faciamus assiduas . exultemus
minui coram hominibus .

Exerceamur & deficiat paulisper
sp̄s noster . noster utique idest
carnalis & superbus qui solebat
inflari . ut bonę actionis pro
fectibus ante illum crescere .
& cum illo exaltari ualeamus .
qui de caelo ad terras uenire
dignatus est . ut nos qui de terra
sumus . subleuaret ad caelos .
Ih̄s xp̄s dñs noster . qui uiuit
& regnat cum patre in unita
te sp̄s sc̄i d̄s . per omnia saecula
saeculorum . amen .

**DŌM II POST S̄CI LAU
RENTII .**

LĒC S̄CI IYĀ SĒC IY CAM .

In illo tempore . **E**t factum
est dum ^{ih̄s} in hierusalem .
transiebat per mediam sama
riam & galileam . Et cum in
grederetur quoddam castel
lum . occurrerunt ei decem
uiri leprosi . & cetera .

Lxxiii

Sermo b̄d̄ d̄i ad lect̄ .
eprosi non absurde intellegi
possunt . qui scientiam uerae
fidei non habentes . uarias doc
trinas profitentur
erroris . Non enim

uel abscondunt impertiam
suam . sed pro summa pertitia pro
ferunt in lucem . & iac tantiam
sermonis ostentant . Nulla
porro falsa doctrina est . quae
non aliqua uera inter misceat .

Vera ergo falsis inordinate per
mixta . in una disputatione uel
narratione hominis . tamquam
in unius corporis colore appa
rentia . significant lepram
tamquam ueris falsisque
colorum fucis . humana corpo
ra uariantem atque maculan
tem . **H**i autem tam uitandi
sunt ecclesiae . ut si fieri potest
longius remoti . magno clamo
re xp̄m interpellent .

Vnde & apte subiungitur .

Qui steterunt a longe . & leua
uerunt uocem dicentes . **I**h̄u
praeceptor . miserere nostri .
Et bene ut saluentur . ihm̄ prae
ceptorem nominant . Quia
enim in eius uerbis se errasse
significant . hunc saluandi
humiliter praeceptorem uo
cant . **C**umque ad cogniti
onem praeceptoris redeunt .
mox ad formam salutis recur
runt . Nam sequitur
Quos ut uidit dixit . **I**te osten
dite uos sacerdotibus . **E**t fac
tum est dum irent . mandatisunt .